



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

54 Excommunicatus no[n] est receptans quem dubitat esse Ba[n]nitum famosum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XLVIII.

Ex conf. 49. alias 12.

50. 11.

51. 14.

52. 10.

Promittens extra curiam aliquid ministris Papæ, pro Prototiatu, vel beneficio, vel dispensatione, vel aliqua alia gratia in eadem Curia obtinenda, ignorando penitus Extratraganem Gregorij xij. de Datis & promissis, extr. Ab ipso. Quamvis ex ignorantia saltem quoad totum conscientie, ex S. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ex Nau. in Man. c. 27. num. 274. aliqua ex parte a peccato, & a penis grauibus, & eisdem extraordinarijs in predicta Extratraganti Gregorij xij. contentis, excusetur; pœnas tamen excommunicationis & annulationis gratiæ a Bonifacio viij. Extr. au. de sent. excomm. impositas, incurrit, ex Nau. in Man. cap. 27. num. 274.

DECISIO XLIX.

Ex conf. 53. alias 3. de reb. eccl. non alie.

Episcopus res, & bona ecclesiæ alienans, excommunicationem incurrit; Extr. 2. de reb. eccl. non alie. potest tamen, & tenetur bona illa recuperare, csi quis presbyterorum, tit. eod. cum excommunicato nondum denunciato ecclesiæ bona administrare non sit prohibitum, Extr. au. Ad editanda Martini V. aut etiam si alienata repetere, imo ipsi restitui debent, ex Nau. in Man. c. 17. num. 29. cum prodigo, & dissipatori nõ sit ipso iure administratio interdicha, sed solum interdichenda, c. veritatis, de dolo, & cont.

DECISIO L.

Ex conf. 54. alias 10. de sepulc.

Cadavera humana exenterantes, vel inhumaniter tractantes, seu mandantes, excommunicationem incurrit, Extr. 2. Bonif. viij. de sepulc. & Na. in Ma. c. 27. n. 105. Non tamen consentientes vt id fiat; cum lex excommunicans aliquod delictum facientem, consulentem non includat, nisi eadem lex, vel alia similis, cuius auctoritas id statuere possit, illud exprimit, ex Nau. in Man. c. 27. num. 51.

DECISIO LI.

Ex conf. 55. alias 5. de regul.

Mulierem, Monasterium ingredi cogens, non secuto ingressu, excommunicationem incurrit, confecuto autem ingressu, non solum cogens, vt ait Concil. Trid. sess. 25. c. 18. de regul. sed etiam faciens, consulens, & auxilians, accessorie excommunicari videntur ita Nauat. in Manual. c. 27. num. 51.

DECISIO LII.

Ex conf. 56. alias 6. 7. de regul.

Religiosus neptem patre carentem habens; si ob timorem quem habet, ne in errorem incidat, vt Monasterium ingrediatur, cum effectu procuret, donec ad nubilem etate perueniat, ipsa, & matre nolentibus, quauis in foro exteriori excommunicatus iudicatur, ex Conc. Trid. sess. 25. c. 18. de regul. & si celebret, irregularis efficitur; in foro tamen conscientie non peccat, & ideo nec excommunicationem, nec irregularitatem incurrit; cum error legis dubia, & intellectu difficilis, qualis hæc est, a culpa mortali excuset, vt ait Innocen. in c. per tuas, de simonia, sine qua excommunicatio non incurritur, c. nullus, r. 1. q. 3. & Nau. in Manual. cap. 27. num. 9. Raro tamen, & maxima cum moderatione procurandum est, vt puella tales in Monasteria includantur, vt ibi honeste vsque ad nubilitatem maneant.

DECISIO LIII.

Ex conf. 57. alias 21.

Pontifex receptantes, & quomodolibet auxilium, consilium, vel fauorem Bannitis præstantes, excommunicans eos solum intelligit, qui receptant, vel iuuant directe, vel indirecte Bannitos, quoad delicta, quæ exercent, non autem illos, qui neque directe, neque indirecte eos, vt tales adiuuant, eo quod in huiusmodi statutis, non rigor verborum, sed intentio legislatori ponderari debet; c. intelligentia, de verb. sig. præsertim, quia in Bullæ præmio significat se illos solos excommunicare velle, qui eos presumptiue receptarent, vel ad malefaciendum, aut in peccato perseverandum iuuarent, non autem eos qui salutem animarum eorum quouis modo procurarent, vel cibum eis in necessitate ministrarent, aut etiam eos iuuarent ad euadendum manus iustitiæ sine scandalo, & violentia, ad finem melius se conuertendi, & pœnitendi. Arg. c. cum voluntate, de sent. excomm. & c. pasce. d. 86.

DECISIO LIV.

Ex conf. 59. alias 22.

Excommunicatus non est receptans, quem dubitat esse Bannitum famosum, cum mens Conditoris nõ sit includere omnes mortaliter palam, vel occulte delinquentes; sed eos solum qui banniti famosi sunt, & ex professo huiusmodi delicta exercent, ita patet per Extr. Gregor. xij. contra Bannitos, quæ incipit, Tanta. edit. 1580. constituit. 66.

DECISIO LV.

Ex conf. 60. alias 19.

Papa sub pena excommunicationis late sententiæ prohibens, vt habetur per Greg. xij. Extr. Pro nostris. edit. 1579. constit. 91. ne cuiusvis ordinis fratres ad aliquas moniales sui ordinis scribant, scribente ad aliquam non includit, dummodo ad illam epistola non perueniat. Quamvis enim verba illa Conditoris, [Nemo fratrum scripta mittere audeat,] proprie non requirant, vt scriptum ad monialem perueniat, illud tamen voluisse præsumitur, quia scripture missio nisi perueniat ad quam mittitur non nocet; sic tamen scribens peccat.

DECISIO LVI.

Ex conf. 61. alias 54.

Missa simoniaci, & proinde excommunicati per Extr. au. 2. de simonia audiens, non peccat, nisi Missam denunciatus sit; quia communicans cum excommunicato specialiter, seu nominatim non denunciato peccare nõ censetur. Extr. Ad euitanda Martini V. & Nau. in Man. c. 27. nu. 35. sufficit tamen fama excommunicationis cum denunciatione ad hoc, vt excommunicatos denunciatos vitare teneamur. Sicut enim iure antiquo ad excommunicatum euitandum fama sufficiebat; c. Illud. de cle. excomm. ministr. ita & de iure nouo fama de excommunicatione cum denunciatione sufficere videtur, cum eadem ratio, & æquitas in vtroque casu sit, & ideo idem ius erit. c. Dudum de elect.

DECISIO LVII.

Ex conf. 62. alias 17. de privileg.

Prohibitum a prælatione celebret, suspensus esse censetur, dummodo illam prohibitionem Prælati in scriptis faciat; secus vero si tantum verbo prohibeat: Tunc autem solum Prælati suspendere censetur, quando subditum in scriptis, in ordinibus ministrare prohibet; solo autem verbo prohibens, simplicem tantum prohibitionem facere præsumitur; Arg. l. si procurator. ff. de cond. indeb. quia in dubio nemo actum eo modo velle facere censetur, quo sit delictum, prohibens autem celebrare sine scriptura, si id animo suspendendi faciat, delinquit; ipsoque iure suspensionem incurrit; c. 1. de sent. excomm. in 6. si vero id faciat animo non suspendendi, sed simpliciter prohibendi, non peccat, & ideo in dubio sic prohibendo, nolle suspendere præsumi debet.

D E.